

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **De influxu dogmatis reformatorum de sacra coena in praxin fidei et pietatis, quanto et quali?**

**Pfaff, Christoph Matthaeus  
Hochstetter, Gottfried Ulrich**

**Tubingae, 1720**

Coronis

[urn:nbn:de:bsz:31-130755](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130755)

*aquam & sanguinem* \*. Et quidem notanter repetit Apostolus, *non per aquam solummodò sed per aquam et sanguinem* \*\*. Quemadmodum ergò vera & naturalis aqua intelligitur, ita & verus & naturalis sanguis Domini. Quisquis itaque non credit, verum & naturalem sanguinem Christi esse in S. Coenâ, ejus fides mundum non vincit. ,, Etenim I. nullibi dicitur, fidem illam mundum non vincere, quæ non ajat, Christum venire ad nos per sanguinem in sacrâ coenâ. II. Quî apodicticè demonstrari possit, locum hunc de sacrâ coenâ intelligendum esse, non videmus. III. Nemo Reformatus diffitetur, sanguinem Christi naturalem in S. Coenâ spiritualiter bibi, naturaliter verò eum ibi bibi & nostri omnes inficiantur.

\* 1. Joh. V. 4. 5.

\*\* COR. 6.

## CORONIS.

**Q**uod restat, ut probemus, praxin fidei & pietatis haudquaquàm evanescere, etiamsi præsentiam corporis & sanguinis Christi realem in S. Coenâ negaveris, non est, quòd vel dicamus, sufficere, ut cre-



credas, quòd corpus & sanguis Christi extra sacram  
 coenam exstantes ad nos pertineant, fidemque hoc  
 nostram satis roborare, vel provocemus ad effatum  
 illud Salvatoris: *Spiritus est, qui vivificat, caro non  
 prodest quicquam* \*. Hic enim non de carne Christi,  
 quæ vivifica est, sed de carnalibus rationis perversæ  
 præjudiciis, quæ Spiritui contradicunt, sermonem  
 esse Theologi existimant \*\*. Et sic calamum hîc po-  
 nimus.

\* Joh. VI. 63.

\*\* Alii de carne Christi extra statum unionis spectatâ vel de  
 carne Christi naturaliter comestâ verba hæc explicant.

